Statuta Collegiate Ecclesie Dusseldorpensis

In nomine domini amen. Ut uniformitas in disciplina obediencia et aliis
ad canonicos generaliter pertinentibus nobiscum habeatur et quilibet canonicus per se
videre possit qualiter in huiusmodi se debeat observare. Nos prepositus decanus
et capitulum ecclesie in Dusseldorp subsequencia fecimus annotari. Ita videlicet quod quilibet
canonicus tonsuram habeat debitam vestitus calceos et caligas suo statui
congruentes. Tabernas vitet. Comessaciones [illegible] et vitam ducat conde-
centem. Ut sicut laicos ordine et statu. Ita eciam precellat eosdem vite et
consciencie puritate. ¶ Item quilibet canonicus tenetur suo preposito reverenciam. decano
vero reverenciam et obedienciam exhibere in licitis et honestis. Horis canonicis et
divinis officiis omnibus et singulis interesse. In quibus si negligens fuerit poterit
eum decanus pro qualibet negligencia et defectu eciam cuiuslibet hore imponere. et hoc
[illegible] modo subsequentem nisi racionabilis causa eundem excusaverit ¶ Sciendum
est quod disciplina debet fieri per pulsum campane. et non nisi in diebus feriatis
commendatione dicta. tunc decanus et canonici intrent domum capitularem et stante
choralis si sit vel junior canonicus primo dicat Jube domne benedicere statim
domino decano et canonicis ebdomedarius summe misse dicat Benedicite preci-
osa. Tunc choralis vel junior canonicus legat brevem lectionem ex libro ad
hoc deputato qua lecta Choralis vel junior canonicus assignabit quota sit
luna et festum diei sequentis Tunc ebdomedarius dicat Preciosa in conspectu
domini Canonici respondeant choro stantes [illegible] Tunc ebdomedarius dicat collectam.
Sancta maria mater domini nostri que in festis prima [illegible] dicta Tunc Choralis vel
junior canonicus assignabit memoriam defuncti illius diei si que sit Tunc
Ebdomedarius dicat collectam. Item [illegible] quibus dictis Choralis
si sit exeat [illegible] secreta capituli Et tunc statim omnibus canonicis silencium ob-
servantibus et sedentibus Decanus impetret corrigendum pro qua causa impetendus
fuerit Tunc incontinenti corrigendus flectet genua in medio domus usque
quo in signum obediencie deo decano et capitulo et faciat crucem cum digito in terra
et eandem deosculetur et statim surgat et si noverit se esse reum statim [illegible]
prostratum ad pedes canonicorum [illegible] in capitulo Et si legittime se defendere voluerit
et possit se excusare Tunc talis petit a decano quod det sibi seniorem pro [illegible]
[illegible] Decanus faciet. Tunc auditis legittimis excusacionibus si quas pro se
habere poterit decanus procedat secundum sentenciam senioris ad eundem Si vero talis legit-
timas excusaciones non habuerit et sententia senioris contra eum lata fuerit corrigendus
est per hunc modum Decanus dicat ad seniorem quem ad hoc elegit quid
ad talem fuerit faciendum Senior respondeat Recipiat corporalem disciplinam.
Respondeat decanus Recipiat corporalem disciplinam Et si talis corrigendus
fuerit subdiaconus corrigatur per subdiaconum ter percuciendo ipsum ad ma-
[illegible] superpellicium inter scapulas vel cum cappa si indutus fuerit Similis modus
servatur de dyacono et presbitero Sciendum est quod decanus vult obser-
vare disciplinam Si vult imponere subdiacono committet ei per juniorem sub-
dyaconum quod veniat ad capitulum discipline et idem modus est observandus cum dyac-

et pbris ¶ Recepta vo corpali disciplina / erit tunc in arbitrio decani an
incarceratum velit eundem uel abinde supportare iuxta delicti qualitatem nam
regulariter sequitur carcer post susceptam disciplinam ¶ Si autem
canonicus sup aliquo forefacto fuit infamatus / sup eo decanus statim
ipm non impetet sed ad seniores capli deferet Et si ipi pius intellexerint
deferant ad ipm decanum et tunc de ipor consilio impetetur et punietur
ut s. ¶ Item si aliquis Canonicus indiget licencia abeundi petet eam p
seniorem non aut p seipm et non absentabit se Si sibi fuit denegata q
in arbitrio e decani qui cognoscat cam vel negocio potest eam concedere
vel negare et non licet decano scdm privilegium nrm aliam dare licenciam
abeundi nisi in toto anno ad unum mensem scilz quater in anno licenciam
octo dierum concedere nec p duas ebdomadas continuare nisi de consensu capli
Et si aliquis absque licencia obtenta se absentet / decanus p sniam capitulare
quam ille a quo requisierit sub obediencia quam tenetur sine difficultate
ferret suspendere poterit eundem qui non restituetur nisi in caplo hora capi
tulari die vo fiali Et recipiet corpalem disciplinam et fiet ad eodem ut e
supradcm ¶ Et si canonicus ul vicarius licenciam a decano impetuerit tal
disponat q ante omia onus suum in choro vel in missis tpe absencie sue inte
gralis observetur et si talis dispositio fuit punietur ut supra ne p illius
absenciam reliqui residentes gravent ullo modo Idem est si p excessibus
suspendatur et durante suspensione non compellit corporis placo sua seu contra
canonicus suis sed q excitatus e tenendus Decius si pro debitis sit suspensus
q tunc nichil horis observat sed talis suspensus amittet mediam ptem pre
bende sue que debitori cedet quousque solutus fuit ¶ Item quicunque can
hz aliquid agere ul proponere in caplo debz prolocutorem videlz seniorem petere qui
loquatur p eodem ¶ Item si can hz agere ad concanonicum talis debz talem
impetere cora decano et caplo et non alibi Et si aliquis illorum fuit gravatus
p sniam capli ut sibi videtur talis posset appellare ad decanum et caplm
maioris ecclie coloniensis ¶ Item cum aliqui tractatus sup negocio capli
fuit habendi decanus cora canonicis ad hoc prefiget diem et caplm et si tunc aliq
se absentaverint nichilominus alii pntes id quod decreverint poterunt ordinare
Sz si aliqua ex obrupto facienda evenerint infra missam ul horas tunc
faciet decanus singulis pntib insinuari q ad tale quid conveniant / q
si neglexerint nichilominus alii facient ut s. ¶ Item absentes et non reside
tes sunt vocandi ad caplm in electione decani ul alicuius officiati vel in bon
dicione ul obligacione bonorum aliquorum dummodo tales absentes fuerint in dyoc
coloniensi Alias residentes in casu si tunc absentes neglexerint facient ut s.
¶ Item quilz canonicus confitebitur suo decano vel de sui licencia sibi certum
et discretum eliget confessorem nam scdm Jura nulla consuetudine mero
dici pot q aliquis sine licenciam sui plati sibi eligere valeat confessorem
¶ Item cum aliquis incarceratur induetur cappa sine qua extra carcerem non
compebit chorum non intrabit Sz ad omnes horas ibit ad ecclam stando fors

ne videatur de choro Aliquis diebus cum hec ante capitulum suam recipiet discipli
nam et non egredietur terminos carceri deputatos Alias tamquam periurus
et inobediens poterit indicari et pronunciari et tenebitur in pane et aqua ieiunare
qui non recipit disciplinam Sed poterit per seniorem licentiam a decano
medendi ¶ Item pro penam carceris poterit decanus canonicis ad matutinas
non venientibus ieiunium iam tactum indicere vel in aliam commutare prout si
bi expedire videbitur et fuit rome ¶ Item cum aliquis impetitur in capitulo
pro debito Si confitetur debitum solvet infra quindenam Si negat infra
eundem terminum se expurgabit alias suspendetur nisi forte coram decano et
capitulo vel senioribus capituli antea sit confessus ¶ Item cum aliquis in canonicum ad
seu vicarium suscipitur debet in capitulo presentibus capellanis per scolasticum vel alium
deputatum diligenter examinari de ydoneitate literatura moribus et vita et si
sufficiens quod iudicio et consilio omnium capellanorum stabitur repertus fuerit Extunc
prestito Iuramento admittetur Salvis primo et aliis capellanis de Iure vel con
suetudine Si autem suscipiendus minus sufficiens repertus fuerit Si autem
talis fuerit de canonicis minoribus prebendas pueriles non admittetur Sed in sua pre
venda stare permittetur et sequens eum in ordine ascendendi inquantum sufficiens fuerit
in eius locum suscipietur Poterit autem dominus Monasteriensis si nullus illorum sufficiens
fuerit alium ydoneum examinandum ut supra in eius locum a latere presentare Minus
autem sufficientes per Iuramenta asserentium sive canonici sive vicarii sint
interim ad scolas remittendi et non suscipiendi Iuvenes vel ad prebendas pre
sentandi pueriles ad minus primam tonsuram habebunt et etiam examinandi sunt
et si competentes in quibus reperti fuerint admittendi sunt ad prebendas pueriles
Secus autem quam secundum formam prenotatam disponendum est cum eos ad alias preben
das quomodocumque contigerit ascendendo etc. De licentia autem decani et capitulorum
poterunt se tales per quatuor annos continuos ad studia transferre et si hoc
fecerint redditus suos integraliter videlicet viginti quatuor florenos quolibet anno
poterunt levare ¶ Item omnis canonicus huius ecclesie recipiendus debet esse sacer
dos dyaconus vel subdyaconus secundum quod ille fuit in cuius locum recipitur vel sub
iuramento infra primum annum sue receptionis ad talem gradum ordinari nisi
ille ex ordine fuit in cuius locum receptus est Secus autem facientes observandi sunt ea
que etc. ¶ Item cum dies vel septimana regendi chorum cantorem tetigit
debet illud regere et de hoc nisi infirmitas nichil eum penitus excusabit Si ad
omnis regendi chorum et omnes alii angeli eum simul tetigerint tunc ante omnia
chorum reget sequens eum in ordine ebdomadarius illo die leget

Divinorum officiorum ordo et regimen

Iste est modus et ordo de regimine divinorum horarum in ecclesia dusseldorpensi
Primo feriatis diebus quando servantur tres lectiones primam lectionem leget choralis
si sit vel Iunior vicarius vel in eius absencia senior vicarius et talis chorali-
ste cantabit primum versum ¶ Item secundam lectionem leget subdyaconus qui le-
git epistolam summi altaris ebdomade precedentis et secundum versum cantabit idem ¶ Ter-
ciam lectionem leget Subdyaconus legens epistolam illius ebdomade summi altaris
et cantabit eundem versum ¶ Item in festis novem lectionum tres prime lectiones
cum tribus primis versibus servabuntur ut supra in diebus ferialibus Et quartam lectionem
leget dyaconus qui legit ewangelium ebdomade precedentis altaris summi et can-
tabit eundem versum ¶ Item quintam lectionem leget dyaconus legens ewangelium
illius ebdomade summi altaris et cantabit eundem versum ¶ Item sextam lectionem
leget ebdomadarius misse animarum illius ebdomade et cantabit eundem versum.
¶ Item omeliam leget ebdomadarius summi altaris illius septimane et cantabit
eundem versum ¶ Item octavam lectionem leget Scolasticus et cantabit eundem
versum ¶ Item nonam lectionem leget decanus et cantor cantabit nonum versum
Idem observandum est de festis solempnis sive summis hoc adiecto quod tunc duo canta-
bunt singulos versus cappis choralibus induti videlicet quod tunc ad primum versum re-
gentes chori duos vicarios scilicet unum qui legit primam lectionem et alium vicarium
ordinabunt Ad secundum versum tunc ordinabunt Subdyaconum qui legit epistolam
summi altaris ebdomade precedentis et Subdyaconum qui legit epistolam misse animarum
ebdomade precedentis Ad tercium versum ordinabunt subdyaconum cuius est ebdomada
summi altaris et subdyaconum cuius est ebdomada misse animarum Ad quartum versum
ordinabunt dyaconum qui legit ewangelium summi altaris precedentis ebdomade et dyaco-
num qui legit ewangelium misse animarum ebdomade precedentis Ad quintum versum ordi-
nabunt dyaconum qui legit ewangelium summi altaris illius ebdomade et dyaco-
num qui legit ewangelium misse animarum illius ebdomade Ad sextum versum ordi-
nabunt ebdomadarium misse animarum illius ebdomade et ebdomadarium misse animarum
ebdomade precedentis Ad septimum versum ordinabunt ebdomadarium summe misse
illius ebdomade et ebdomadarium summe misse ebdomade precedentis Ad octavum
versum ordinabunt Scolasticum et ebdomadarium summi altaris ebdomade subse-
quentis Nonum versum cantabit cantor cum socio qui tunc versum non habuit
vel quem ad hoc sibi tunc elegit ¶ Notandum quod si contingeret quod Scolastico
in festis novem lectionum duplicibus vel summis ebdomada summi altaris compe-
teret Tunc sequens eum ebdomadarius summi altaris leget omeliam et can-
tabit eundem versum et in duplicibus sive summis festis ordinabit eum cantor
¶ Item sciendum est quod in diebus festorum pasche et penthecostes et aliis diebus
sive vigiliis quando leguntur omelie cum tribus lectionibus tantum Tunc dyaconus secundum
ebdomadam ewangelii summi altaris leget primam lectionem scilicet omeliam
et Idem cantabit primum versum Secundam lectionem leget Scolasticus et cantabit
eundem versum Terciam lectionem leget decanus et cantor cantabit eundem versum

N.o de choro

Sciendum est quod in singulis diebus feriatis post primam et terciam cantantur vigilie de
functorum et missa animarum cum ministris et tunc legentur commendationes animarum Et in hiis diebus
deserviuntur porcia isto modo videlicet Quicumque non interesset vigiliis continue quousque *Modus deserviendi precias in vigiliis etc.*
cantatur Benedictus perdet terciam partem illius memorie Similiter quicumque non interesset
toti misse animarum etiam perdet terciam partem Similiter quicumque non interesset toti com
mendationi et psalmo qui legitur miserere mei deus perdet similiter terciam partem
¶ Et est sciendum quod choralis si sit vel Junior vicarius leget omnes lectiones vigi
liarum excepta nona sive ultima quam leget epistolarius misse animarum Et similiter
choralis si sit vel vicarius cantabit primum versus in vigiliis Etiam in primo nocturno
vigiliarum epistolarius ille cantabit tercium versum Et dyaconus illius ebdomade misse
animarum cantabit sextum versum Et presbiter illius ebdomade misse animarum cantabit
nonum versum qui ebdomedarius etiam leget collectas in vigiliis ¶ Et est sciendum quod
ebdomedarius misse animarum missa finita exuet se casula et leget commendationem *Modus legendi commendationes*
astantibus Canonicis et vicariis et commendationes dicentibus Item ebdomedarius incipiet
Sextam qua dicta ebdomedarius summi altaris incipiet summam missam cum mi
nistris qua dicta ebdomedarius animarum incipiet nonam ¶ Etiam est sciendum
quod in festis novem lectionum duplicibus sive summis porcie deserviuntur in matutinis
et in missa pari modo videlicet quicumque non venit ad matutinas medio tempore
quo cantatur primo venite et quicumque non permansit quousque cantatur Benedictus et
laudibus non habebit porcias ad matutinas deputatas Et simili modo quicumque non
fuit in missa quando cantatur Gloria in excelsis et permansit ad finem non habebit
porcias ad missam deputatas ¶ Item sciendum quod decanus tenebit suum ordinem *No(ta) decani*
et septimanam misse summe et cum hec festa principalia et cuicumque competit missa
summi altaris excepto decano cum septimana eum tetigit ille incipiet horas et an
tiphonam primam ad matutinas ac aliarum horarum semper primam antiphonam inchoabit
Capitula et Collectas dicet Secundam antiphonam dicet senior Canonicus alterius chori Terciam
senior alterius chori et sic deinceps secundum ordinem Et in festis principalibus primissa
primissa similiter faciet decanus ¶ Item Antiphone super Magnificat et Be
nedictus incipientur semper ab eo cui competit summa missa Et cum decanum tetigit
septimana misse primissas inchoaciones antiphonarum faciet pro eo senior canonicus de
choro ipsius ¶ Item Te deum laudamus kyriel Gloria in excelsis et Sequencia semper
incipienda sunt in choro ipsa tam in diebus feriatis festis summis et duplicibus nec
non simplicibus ¶ Item sciendum quod in festis summis et duplicibus duo scolares pre
dicti ordinem ad altare cum duobus cereis ardentibus missam celebrando In festis
simplicibus et novem lectionum precedat tantum unus scolaris cum cereo Et ille vel
illi cerei ponantur cum candelabro ad gradus inferiores qui vadunt ad altare summum
¶ Item feriatis diebus ad missam summam vel animarum precedat unus cereus
qui ponatur ad altare ad unum latus una cum alio cereo qui sunt tempore misse in *No(ta) de cantore*
altari permanebunt ¶ Item Cantor semper in festis novem lectionum et simplicibus
sive ferialibus leget chorum Invitatorium incipiet venite cantabit et hymnos Et
in festis duplicibus sive summis sibi assumet socium incipiendo a Junioribus canonicis
secundum ordinem ascendendo usque ad finem quem ordinem ipse tenebit Item tunc *Item in quatuor summis festivitatibus tunc duo seniores etc.*
duo seniores Canonici tunc residentes Incipient Invitatorium et cantabunt venite
Summo ordo missarum evangelii vel epistole vel regimen chori ipsos tunc non teti
git Alias alii duo seniores ipsos imme(diate) sequentes in incessu facient predicta Item
immediate

Versum Alle(luia) nimis(?) et similiter versum Responsorii primarum vesperarum similiter post decantabunt ut sup(ra). ¶ Item in diebus ferialis ebdomadarius sine missa inchoabit horas Invitatorium et venite cantabit Collectas et capitula dicet ut sup(ra) ¶ Item stando Anth(iphonas) inchoent Et inchoans versus orientem et occidentem inclinabit et psal-modia et cantus sub pausis et notis distinctis decantentur ¶ Item in choro ad primum psalmum stetur per omnes horas Etiam per omnes nocturnos in omnibus primis psalmis donec secundus psalmus inceptus fuit ¶ Ad missam vero per totum sta-tur nisi cum Ep(isto)la legitur et cantatur graduale versus tractus et sequentia Quia tunc illi qui sunt in sacris scilicet presbiteri dyaconi vel subdyaconi sedent Reliqui vero semper stabunt nisi cum Ep(isto)la vel lectiones Responsoria vel vigilie post primum psalmum decantantur ¶ Item Canonici non existentes presbiteri dyaconi vel subdyaconi nec vicarii stabunt in locis superioribus ¶ Item canonici sive vicarii in ecclesia non superpellicio cappis vel superpelliciis sed dimissis compebunt ¶ Item capucia cap-parum seu vestes sint deponenda capitibus tempore quo legitur Ewangelium et quando fit elevacio ¶ Item nullus canonicus sine religione coram decano seu canonicis cum religione nec etiam decanus coram canonicis audebit comparere videlicet infra divinum officium seu horas canonicas et post quam iterum domum et post primum pulsum seu pulsum ad huiusmodi comparere nullus etiam eorundem sine religione compebit in ecclesia

¶ Item presbitero vel decano veniente Canonici assurgent et non sedebunt in choro ipso stante In plateis etiam si contingat eum fortassis venire sibi reverenciam exhibebunt ¶ Item Canonici et vicarii modeste stabunt et erunt in choro sine confabulacionibus vel susurriis ¶ Item quando Gloria patri in singulis horis et divinis officiis et ad ultimum versum ymnorum videlicet deo patri laus honor et similia Item in Te deum laudamus. Dum unus chorus quando aliud facit alius chorus Et ambo quando Te ergo quesumus cantatur In Gloria in excelsis quando cantatur Adoramus et Suscipe depre-cationem nostram In Credo quando cantatur ex Maria virgine et qui cum patre et filio si-mul adoratur versus orientem et occidentem inclinabunt Item cum legitur ewangelium nullus exibit nec intrabit chorum sed omnes modeste audient verbum dei ¶ Item post primum psalmum prime nullus similiter exibit neque intrabit chorum ¶ Item mi-nistri simul cum sacerdote procedent ut sup(ra) tactum est ad altare et dicent confiteor. Et dyaconus parabit calicem infra Ep(isto)lam et post Colonem(?) componet corpo-ralia et sternabit calicem et huiusmodi que ad suum officium requiruntur Subdyaconus vero in ceteris ad officium suum pertinentibus ministrabit

No(ta) modum psallendi et cantandi

Modus standi in choro

Modus comparendi decanum et canonicos

Modus inclinandi et tempus

Infra Ewangelium nullus exibit

Ministri simul cum sacerdote procedent etc.

Item in summis vel duplicibus festis omnes Canonici simul et vicarii ad summam missam offerre debent et primo prepositus si presens sit et sequentur eum canonici et vicarii chori sui secundum ordinem et antiquitatem ingressus Deinde decanus et illi canonici et vicarii chori sui secundum ordinem ut supra sequentur Postea vero Regens seu Regentes chorum qui simul ibunt Si vero prepositus presens non fuerit precedit decanus et sequentur eum illi de choro suo et postea ceteri alterius chori secundum ordinem ut supra. Similis modus observandus est de apportatione pacis illo tempore quod Regentibus chorum debet apportari eum item de uno choro ad reliquum chorum ibi apportando Similis modus est etiam observandus de apportatione Thuribuli

Modus offerendi et tempus

Item quicumque in predictis seu subsequentibus sibi deputatis negligens inventus fuerit preter disciplinam corporalem solvet quatuor Turonenses antiquos quorum quilibet de sua prebenda deservabit Et quicumque Canonicus residens per se vel vicarium per se vel per alium facere canonicum Item vicarii presentes in summa missa vel in missa animarum ministrare dum tamen non sit festum novem lectionum duplex vel summum Item quemcumque canonicum presbiterum diminuerint septimane missarum tam summe quam animarum eundem tangit tunc primo ordo misse legende per septimanam alternis diebus de sancto Severino et de sancto Amone Et illa missa dicetur infra matutinas seu laudes in summo altari quousque altaria predictorum sanctorum Severini et Annonis in ecclesia nostra fuerint consecrata Et extunc in antea predicte misse per canonicos iuxta ordinem in dictis altaribus eo tempore sunt legende Et quicumque canonicorum septimana dicte misse tetigit ille erit illo tempore supportatus de matutinis dummodo omnes fuerint in Matutinis per aliud canonicum dispositum dicta sive lecta illa missa nullus canonicorum illo die in summo altari amplius celebrabit nisi per dominum ducem vel dominam ducissam iussus [illegible] tamen cum hoc ordine missarum summe vel animarum Et si aliquis canonicorum ex devotione extraordinarie celebrare voluerit poterit et hoc infra matutinas et primam in alio altari et de illis missis oblationes decano cedent Et si Canonicus post offertorium misse prochialis missam celebraverit tales oblationes erunt canonici celebrantis Et si aliquem ex ordine misse legende ut supra tactum est vel ex iussu domini nostri ducis missam legere in summo altari contigerit tunc medietas oblationum illarum cedet celebranti Reliqua vero medietas decano Item sciendum quod quicumque Canonicus vel vicarius debens vel volens missam [illegible] sive ex devotione vel alias Illam non incipiet nisi post communionem misse [illegible] que actu legetur Presente tamen domino nostro ad illius mandatum poterunt omnes indifferenter celebrare successive vel simul

No pena negligentis

No de inferentibus

No de prima missa

No de ordine altarium

No de oblationibus et celebrantibus etc.

tamen

facere

Cum [illegible] ad ecclesiam prochialem in Erprop (agnwdelichen) [illegible] et iuro quod eo [illegible] Coloniensi [illegible] domino meo decano et capitulo collegiate ecclesie beate Marie virginis in Dusseldorp et ecclesie in Erprop (agnwdelichen) [illegible] in nova fundatione dicte ecclesie [illegible] maiores in agnwdelichen vel Erprop [illegible] Dusseldorpensis [illegible] Dusseldorpensis [illegible] Erprop [illegible]

Iuramentum Canonici

Et ego N. canonicus huius ecclesie p̄mitto et iuro / q̄ ex hac hora in antea obediens ero domino Archiepiscopo Coloniensi p̄ tempore et ecclesie [illegible] [collegiate huius] beate Marie virginis in Dusseldorp / prelatis et superioribus meis reverentiam et obedientiam exhibebo et pa- / ·pue decano meo obediens ero in licitis et honestis / secreta capituli celabo / Inventa conservabo / Alienata et deperdita recuperabo / Iura et consuetudines ipsius ecclesie servabo pro posse et nosse / nec aliquos fructus [pro duis] seu dom[orum] [?] residuam et pr̄is in divinis fuerim / si ut prece / ut quovismodo levare ut optare attemptabo / Sic me iuvet deus et hec sancta dei ewangelia ·

Iuramentum vicarii

Et ego N. vicarius huius ecclesie p̄mitto et Iuro q̄ ex hac hora in antea obediens ero domino Archiepiscopo Coloniensi p̄ tempore vicarie mee ac ecclesie [illegible] [huius] beate Marie virginis in Dusseldorp / [fidelis ero] prelatis superioribus / et canonicis meis reverentiam et obedientiam exhibebo / et precipue decano meo obediens ero in licitis et honestis / Inventa beneficii mei conservabo / alienata seu deperdita recuperabo / Iura et consuetudines istius ecclesie servabo p̄ posse et nosse Sic me deus adiuvet et hec sancta dei ewangelia ·

Vacat propter fundatione[m] misse beate Marie virg[inis]

Iuramentum prepositi

Et ego N. prepositus huius ecclesie p̄mitto et iuro q̄ ex hac hora in antea obediens ero domino Archiepiscopo Coloniensi p̄ tempore et ecclesie mee in Dusseldorp et celanda secreta capituli celabo necnon contenta nove fundationis ecclesie mee in q[uantu]m me tetigerint observabo p̄ posse et nosse Sic me deus adiuvet et hec sancta dei ewangelia

inquantum

Iuramentum decani, scolastici, cantoris et thesaurarii

Et ego N. decanus huius ecclesie p̄mitto et iuro q̄ ex hac hora in antea obediens ero domino Archiepiscopo Coloniensi p̄ tempore et ecclesie mee in Dusseldorp collegiate [fidelis ero] personaliter et circa eandem etiam in ea residebo, bona decanatus mei presentia et futura fideliter conservabo deperdita et alienata recuperabo officium meum intuens, ...one plantum mee fideliter et debite exercebo necnon fundationem novam dicte ecclesie mee in hiis que me concernunt integraliter observabo p̄ posse et nosse, Sic me deus adiuvet et hec sancta dei ewangelia

circa

Et ego N. vicarius huius ecclesie p̄mitto et iuro q̄ ex hac hora in antea obediens ero domino archiepiscopo Coloniensi p̄ tempore vicarie mee et ecclesie collegiate beate Marie virginis in Dusseldorp fidelis ero circa eandem personaliter continue residebo necnon fundationem eiusdem vicarie mee in hiis que me concernunt integraliter observabo prelatis superioribus et canonicis meis reverentiam et obedientiam exhibebo et precipue decano meo obediens ero in licitis et honestis Inventa beneficii mei conservabo alienata seu deperdita recuperabo Iura et consuetudines istius ecclesie servabo p̄ posse et nosse Sic me deus adiuvet et hec sancta dei ewangelia

Et misse beate Marie virginis